

Band IV., Nr. 1236, Seite 304-305

Otto von Eberstein und seine Gattin Beatrix, eine Tochter Wolfrads von Krautheim, verzichten auf alles Erbrecht an ihrem Onkel Konrad dem Älteren von Krautheim, ausgenommen allein an gewissen Gütern, über welche Konrad und seine Gattin Kunigunde besondere Verfügungen zu ihren Gunsten getroffen haben.

Krautheim, 1252. Juli 22.

In nomine domini. Amen. Cum res gesta mandatur litteris et voci testium, universa calumpnię prevenitur materia, ne prestetur litis occasio successori. Noverint igitur tam presentes quam posterı, quod nos Otto de Eberstein cum domina Beatrice, nostri legalis thori socia, domini Wolfradi nobilis de Cruthein filia, omni successıonis iuri, quod ad nos vel nostros heredes iam natos vel adhuc nascituros quocunque modo pertinebat, de proprietatibus, feodis, hominibus, rebus omnibus mobilibus et immobilibus domini Cunradi nobilis patruı nostri senioris de Cruthein, hiis tantum exceptis, que idem et sua uxor domina Cūnegundis nobilis matrona voluntate propria nobis pacto contradiderunt apposito, voce parili viris presentibus honestis resignavimus et actu. Sunt autem hec bona nobis collata et conditio collationis: videlicet pratum Rapotonis et piscatura in Clephesheim¹, que tali facta resignatione statim cum suis nobis usibus cesserunt; cetera vero bona omnia, que eisdem pro refusione debiti quingentarum et triginta sex librarum et unciarum octo Hallensium dedimus, scilicet quicquid habuerunt in Clephesheim predicto preter prata et vineas cum suis attinenciis huic prorsus donationi subtracta, curiam in Bickental, bona in Wellindorf, curiam in Witegestat², bona Crügelini et ad hec pertinentia in Bacstat³, aliis bonis suis ibidem sibi vel quibuscunque dare voluerint reservatis, molendinum in Eberstal, partem terciam rubeti in Vogelsanc, vineam et redditus libre unius Hallensium in Hallis inferiori, redditus solidorum decem Hallensium de curia molendini in Adeloldeshein, taliter possidenda nobis et nostris heredibus ordinaverunt, ut ipsi, dum presentem adhuc duxerint vitam, omni quietę bonorum iam dictorum cunctis proventibus, absque prato Rapotonis et piscatura in Clephesheim, sicut prediximus, feliciter utantur. Uno vero ipsorum de medio sublato pars prefatorum ad nos veniet dimidiata, parte altera superstıti adhuc, velud predictum est, in omnibus servitura. Et tandem utrisque universe carnis viam ingressis bona

¹Klepsau.

²Ober- und Unterwittstadt.

³Vielleicht Bobstadt, vgl. die Urkunde Nr. 1041 (WUB, Bd. IV., S. 94-95.)

II

prescripta ad nos totaliter devolventur. Insuper dominus Cŕnradus nobiles supradictos consentientibus nobis bonis iisdem eque partitis partem, quę uni eorum altero remaneret mortuo, elegere et voluit denominari. Que sunt bona in Clephesheim preter molendinum et feodum Franconis, molendinum in Eberstal et vinea in Hallis inferiori. Ceterum ut res gesta firma sit et inconculsa, testes adhibuimus subscriptos, scilicet dominum Kraftonem de Bockesberc, dominum Gotefridum de Hohinloch, nobiles, Rudigerum de Witegestat, Cŕnradum de Torzebach, Wolprandum de Asmanstat, Hermannum, Engilhardum, Symonem de Berlechingen, milites, cum ceteris honestis testimonio et fide dignis, et presentem paginam sigillis^a eorundem nobilium et nostro in evidenciam maiorem exhibemus legitime communitam.

 Actum in Cruthein, anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, XI^o. kalendas Augusti, decima indictione.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Pergamentriemen hängen dieselben Siegel wie an der vorigen Urkunde Nr. 1235 (WUB, Bd. IV, S. 302 f.), jedoch in der Ordnung, dass das boxbergische das zweite, das hohenlohische das dritte Siegel ist. Sie sind durchgehends besser als erhalten, sodass von den Umschriften namentlich beim zweiten noch: . . . LLVM . CRAFTTONIS, beim dritten: + SIGILLVM GOTFRIDI DE HOH . . LOCH (die E und H gerundet) zu lesen ist.

^aDarüber befindet sich ein nicht gerechtfertigtes Abkürzungszeichen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 10 Schubl. 20 Nr. 3

Überlieferung und Textkritik:

Original; war ehemals im Fürstlich Hohenlohischen Hausarchiv in Öhringen. Abschrift war im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatrar HStA Stuttgart H 14 Nr. 118, S. 198.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Krautheim

Aussteller:

Otto; von Eberstein Beatrix; Frau Otto von Ebersteins, Tochter Wolfrads von Krautheim

Ortsindex:

Adelsheim Wohnplatz (5955)
 Adelsheim, MOS
 Assamstadt Wohnplatz (3637)
 Assamstadt, TBB
 Berlichingen Wohnplatz (2645)
 Berlichingen, Schöntal, KÜN
 Bobstadt Wohnplatz (3667)
 Bobstadt, Boxberg, TBB
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Dörzbach Wohnplatz (2368)
 Dörzbach, KÜN
 Eberstal Wohnplatz (2404)
 Eberstal, Ingelfingen, KÜN
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Klepsau Wohnplatz (2419)
 Klepsau, Krautheim, KÜN
 Krautheim Wohnplatz (2421)
 Krautheim, KÜN
 Niedernhall Wohnplatz (2557)
 Niedernhall, KÜN
 Oberwittstadt Wohnplatz (6214)
 Oberwittstadt, Ravenstein, MOS
 Pichintal Wüstung (21942)
 Pichintal, Krautheim, KÜN, W
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Unterwittstadt Wohnplatz (6217)
 Unterwittstadt, Ravenstein, MOS
 Vogelsang Wüstung (25608)
 Vogelsang, Ingelfingen, KÜN, W
 Wellendorf Wüstung (21944)

IV

Wellendorf Wüstung (25937)
 Wellendorf, Krautheim, KÜN, W

Wellendorf, Ravenstein, MOS, W